

"bat, inquiebat Fontenelle, où l'univers était spectateur, et où personne ne pouvait être juge !"

Quidquid sit, consci sumusstrarum cogitationum, illas à quâlibet impressione distinguimus, secernimus alias ab aliis; hoc solum offert experientia, id quoque satis sit.

II. De origine cogitationum.

12. Omnes cognitiones nostras ad Deum primam omnium rerum causam et originem esse referendas, clarius est quàm negetur. Sed quibusnam mediis omnes cognitiones nostras in nobis imprimit Deus? Variæ sunt Philosophorum sententiæ, quas priusquàm exponamus, notandum est Cartesium, Lockium et abbatem Condillac sub communi idearum nomine intelligere et ideas et imagines.

13. Cartesius(a) et Cartesiani ideas in triplicem classem dividunt, scilicet in ideas *innatas* seu *congenitas*, *adventitias* (*adventives*) et *factitias*.

Ideæ *innatæ* seu *congenitæ* sunt illæ quas Deus impressit in nobis à primo creationis instanti; hujus modi ideæ sunt veluti sopitæ ac sepultæ quandò non datur attentio; ipsæ verò præsentæ vel reduce, reviviscunt; tales sunt idea supremi numinis et plures aliæ quas vult Cartesius mentibus nostris esse congenitas, et quæ facillè percipiuntur, quandò datur attentio.

Hinc istæ ideæ, quandò deficit attentio, reverà existunt in mente, sed tantum potentiâ, non autem actu, ideòque non magis percipiuntur ac si non existerent. Sic ipse Cartesius mentem suam explicat, Epist. 99. Hanc doctrinam tenuerunt D. D. Bossuet, Fénelon, Mallebranche, Pascal, Leibnitz, d'Aguesseau, Cardinalis Gerdil, pluresque alii percelebres Philosophi.

Ideæ *adventitiæ* sunt illæ quæ decursu temporis nobis objectorum sensibilium impressionibus adveniunt, tales sunt ideæ (imagines) quas habemus aspiciendo solem, montem, &c. Ideæ *factitiæ*, sunt illæ quas mens ex pluribus, jam sibi notis, format; tales essent ideæ (imagines) *montis aurei*, *bovis alati*, &c.

14. Juxta Lockium (b) et ejus asseclas, mens humana, cum existere incipit, est veluti *tabula rasa*, omninò destituta characteribus, omnium expers cognitionum et idearum,

(a) René Descartes est né à la Haye en Touraine, en Mars 1596, et est mort à Stockholm en 1650.

(b) Jean Locke est né à Wrington, près de Bristol, en 1632, et est mort en 1704.

solâqu
um ad
bus. S
destitu
ret;
clores
odores
tas co
Ergo s
cogniti
10. Im
objecto
Mediat
rias, ad
idearum
atur, o
orientu
15.
eam pe
nostræ
sensati
judiciu
"diffé
"
"....
"l'am
"taine
"vent
chap. 7
"rega
"plex
"réun
2. pag
16.
Recher
"n'est
"une
"avoi
"just
"vois
"que
(a) Etie
Beaugec